

Codice Diplomatico Longobardo I, 27

In nomine domni Dei saluatori nostri Iesum Christi regnante domno nostro Liutprand uiro extelentissimo rege, anno regni eius octauo, per indictione septima; feliciter. Ideo Deo auturem cunstat me Aunefrid uir uenerabilis clirico ac die repromisse et repromisi me seruire ad beato sancto Laurentio et sancti Ualentini amturi meo cum homnia ris mea quod mihi etuineret, casa, uinca, seruus uel ancilla, cultum, desertum, mouile uel inmouile sesseque mouentiuus; casa quod in Arno auire uisi sumus in loco qui dicitur Muniana, sorte mea uuicumque fueret, ad beato sancto Laurentio et sancti Ualentini sit quantum da germanis mei euineret. sic tamen, ut, dum die uite me fueret, in mea sit potestatem usumfructu, et pos uiro ouitum meum de ipsa sorticellula mea aucas potestas uiuendum Rotperga et Perticunda ancille Dei. et si forsitans aliquis de sororis aut nepotis Dominus aduocare ad uelamen ad ipso sancto loco, ut aueas licentia ad uiuendum de ipsa sorticella quod ipsi Aunifrid clirico fice ad ipso sancto loco. tamen sic aueamus licentia, si forsitans alequa causa opus fueret pro causa sancti Laurenti aut sancti Ualentini, ut licentia aueas pro ipso sancto loco uindere; nam non pro alia causa. Actum in Uaccule prope eclesia Sancti Laurenti et Sancti Ualentini, per mense martio, indictione et regnum suprascriptum; feliciter. Signum + manus Aunifrid uir uenerabilis clirico anc cartula fieri rogauit. Signum + manus Paldoiu uir uenerabilis presuiter cumsentientem Aunefrid aduocandum. Signum + manus Gudualdi testis. Signum + manus Tachipert filii quondam Tappuli. Signum + manus Magnuald uiri deuoti testis. Signum + manus Firmiciani uiri deuoti testis. Ego Teutpert clirico rogatus et petitus ad Aunefrid uiro uenerabili clirico iscriuere cartula cunfermationis: et est auitator in Guamo. Ego Petrus scripsi in hanc pagina renouationis quantum in autentico inuenire potui, nec [a]mplius iuncxi, nec menime feci, sine dolo uel fraude excemplauit.